

liter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima octava Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

DCXXXII.

Deputatio Francisci Castagnacci in Procuratorem Fiscalem Cause, & causarum contra Antianos, Vexilliferum, & alios Officiales, & Ministros Reipub. Lucanae.

Dilecto filio Francisco Castagnaccio
S. V. D.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Motivum deputationis facienda refert.

§.1. CUM Nobis nuper innotuisset occasione nonnullarum simultatum, & controversiarum inter dilectos filios nostrum Marcum Antonium tituli Sancti Clementis S. R. E. Presbyterum Cardinalem Franciottum nuncupat. Ecclesiae Lucanae ex concessione, & dispensatione apostolica Praefulem ex una, ac Antianos, Vexilliferum Justitiae, & Rempubicam Lucanam ex altera partibus vertentium, quaedam in odium ipsius Marci Antonii Cardinalis, ejusque Cardinalitiae, & seu Pontificalis dignitatis contemptum, per Antianos, Vexilliferum, & Rempubicam hujusmodi, seu ipsorum jussu, vel permissu, per eorum Officiales, & Ministros, commissa fuisse, ex quibus jurisdictionis, & immunitas ecclesiastica violatur.

Narrat commissionem Episcopo Civitatis Castellampridensis.

§.2. Nos de praemissis diligenter inquiri, & jurisdictionem, ac libertatem ecclesiasticam adversus quoscumque violatores asserere volentes, Venerabilem Fratrem Caesarem Episcopum Civitatis Castellampridensis in nostrum, & Apostolicam Sedis Commissarium ad inquirendum super praemissis, & aliis in derogationem jurisdictionis & libertatis ecclesiasticae quomodolibet perpetratis, & forsitan perpetrandis, ac inde sequentis, & forte sequendis, ad nostrum, & dictae Sedis beneplacitum constituimus, & deputavimus, mandantes eidem Caesari Episcopo, ut assumpto aliquo Notario dilecti filii causarum Curiae Camerae nostrae Apostolicae generalis Auditoris, & aliquo viro probo, & perito, qui dilecti pariter filii Procuratoris Fisci nostri vices in causa hujusmodi ageret, quamprimum se ad Civitatem Lucan. conferret, et ibi, vel in alio loco sibi benévolo diligentem super praemissis informationem caperet, processusque contra Antianos, Vexilliferum praedictos, aliosque dictae Reipublicae Consiliarios, Judices, Officiales, et Ministros, et ceteros in pra-

missis hujusmodi culpabiles formaret, et perficeret; et subinde eidem Caesari Episcopo commisimus, et mandavimus, ut causam, & causas super praemissis, et aliis ex processu per eum faciendos resultantibus cum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, tam conjunctim, quam divisim, & tam ad instantiam Procuratoris, seu Promotoris Fiscalis, quam ex inquisitione, & officio, & aliis prout sibi videretur motas, & movendas contra Antianos, Vexilliferum, & alios praedictos, ceterosque in executione commissionis nostrae hujusmodi nominandos cognosceret, audiret, decideret, & sine debito terminaret, & aliis prout in binis nostris in simili forma Brevis diebus 24. & 30. Septembris proximi praeteriti respective expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Nunc autem, deputat, prout in Rubr.

§.3. Nunc autem de viro probo, & perito, qui in causa, & causis hujusmodi partes Procuratoris, seu Promotoris Fisci nostri agat, & sustineat providere volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, & doctrina, plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine te in causa, & causis hujusmodi Procuratorem, seu Promotorem Fisci nostri, tenore praesentium ad nostrum, & Sedis praedictae beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus, mandantes tibi, ut quamprimum eundem Caesarem Episcopum convenias, & cum illo ad dictam Civitatem, & alia loca, ad quae ipse Caesar Episcopus ibit, vel te mittet accedas, ac Procuratoris, seu Promotoris Fisci nostri partes in causa, & causis hujusmodi contra Antianos, & Vexilliferum praedictos, & alios in dictis nostris literis nominatos, ac in illarum executione nominandos agas, & sustineas. Nos enim tibi desuper plenam amplam, & liberam facultatem concedimus, & impertimur.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus quoad ea, quae praesentibus adversantur literis nostris praedictis, ac omnibus illis, quae in eisdem literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 4. Octobris 1639. An.XVII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

Decla-

DCXXXIII.

Declarat Religiosos Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, circa nullitatem professionis reclamantes, esse veros professos: Et qui professionem ante vigesimumprimum annum emisserunt, esse veros Clericos.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

Religiosos viros, qui spretis hujus saeculi vanitatibus divini numinis obsequiis sub suavi religionis jugo sese manciparunt, pastorali charitate complectimur, utque in vocatione, qua vocavit eos Dominus, permanent, ibique sublati quibusvis perturbationibus tranquille famulentur, juxta creditum Nobis apostolicae servitutis munus, sedulo intendimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensis studiis interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiva.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli Religiosi Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum, circa nullitatem Professionum regularium per eos emissarum, praetextu non servatae formae Constitutionum ejusdem Congregationis, apostolica auctoritate confirmatarum reclamant, ac in eadem Congregatione circa distinctionem inter Clericos, & Laicos nonnullae differentiae vigent.

Declaratio, prout in rub.

§.2. Nos in praemissis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere volentes, de nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum, & Theologorum, qui pluries auditis partibus negotium hujusmodi mature jussu nostro discussurunt, consilio dictos Religiosos reclamantes circa nullitatem professionum, sub praetextu non servatae formae Constitutionum praedictarum, non esse audiendos, & maxime post quinquennium, ac insuper omnes Religiosos reclamantes hujusmodi, qui emisserunt Professionem ante vigesimumprimum annum elapsum, esse veros Clericos, & si infra tempus a dilecto filio nostro Alexandro S. Eustachii Diacono Cardinali Caesario nuncupato Congregationis praedictae apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore assignandum, fuerint idonei reperti, posse ad omnes etiam Sacros Ordines promoveri, apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus.

Validat professiones.

§.3. Et quoniam, sicut pariter accepimus, aliqui ex praedictis Religiosis minime tuti sibi videntur de validitate suae professionis propter defectum solemnitatum ex suo Instituto requisitarum, eorum conscientiae, & quieti consulere volentes, quandocumque aliquis, vel aliqui ex istis Professiones suas ratas habere voluerint, Nos eas ex nunc acceptamus, & validamus, atque ad omnes gradus, honores, dignitates, praeminentias, atque inhabi-

litates, quas, si ab initio valide professi fuissent, haberent, & obtinerent, restitimus, ac restitutos eo ipso esse, & censeri decernimus; itaut habeant eundem locum, sessionem, & votum, prout haberent, si priores professiones valide fuissent, & nondum promoti ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, servatis aliis servandis, promoveri, & tam ipsi, quam alii ad eosdem Ordines jam promoti in susceptis Ordinibus hujusmodi, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite valeant, necnon omnes actus, quos contraxerunt, & legitime contraxissent, vel cum Laicis, vel cum aliis Monasteriis, seu alterius Religionis viris, si nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, nisi ex eo solum, quia initi, aut contracti sunt invalide ab eis qui sine praedictis solemnitatibus professi sunt, auctoritate nostra praedicta confirmamus, & approbamus, ac valida omnino esse volumus, & declaramus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illa concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, eosque praemissorum occasione, vel praetextu quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, nec debere; sicque, & non aliter ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, distantes Sedis Nuncios, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis etiam juramento Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & Literis Apost. illi, ejusque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium, motu proprio, & ex certa scientia, & apostolicae potestatis plenitudine, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter

1639.

Transumptis
credi mandat.

Dat. die 22.
Oct. 1639.
An.XVII.

cienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentium notitia ad omnes facilius perveniat, volumus ut harum exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

DCXXXIV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Comitem de Olivares hortatur, ut curet reditum in Portugallia Regnum Colloctoris spoliatorum, utque ille munere suo absque ullo impedimento fungi valeat.

Dilecto filio nobili viro Gaspari de Guzman Comiti de Olivares, & Duci de Santucar.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili Nobilis vir salutem, & apostolicam benedictionem.

Procurium
ab ipsa materia
sumptum.

Lamores tot gravaminum, quae in Regno Portugalliae, & Algarbiorum magno cum animarum Christianorum detrimento contra Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, ejusque Sedem Apostolicam in dies magis excitantur, & fiunt, statim atque ad nostras aures pervenerunt, Nos de illis iuste conqueri coegerunt.

Rofert violentias
Colloctoris
spoliatorum per
Regios Ministros
illatas.

§.1. Accepimus enim Officiales, & Ministros Regios, eorumque complices temere, nulliter, ac indebite in Civitate Ulixbonen. contra Ven. Fratrem Alexandrum Episcopum Neocastren. Jurium, & Spoliatorum Camerae Apostolicae debitorem, in eisdem Regnis Collectorem generalem cum facultate Nuncii Apostolici, nulli, nisi Nobis, & Sedi Apostolicae subditum, procedere tentasse, ac de facto etiam processisse eo sub praetextu, quod pro officii sui debito ad evitandum, ne Ecclesia, Monasteria, etiam Sanctimonialium, & pia loca suis bonis a tempore antiquo possessis, & ad sustentationem, ac victum necessariis spoliarentur, sua generali monitione turbantes, & spoliantes de incurfu censurarum monuerat, & excommunicaverat; Insuper, maligno spiritu ducti, iuraque tam spiritualia, & ecclesiastica, quam naturalia, & gentium violando, pertinaciaque in deterius utendo, eundem Collectorem eorum Superiorem Ecclesiasticum violentis actibus nedum inter christianos inauditis, sed ab omni humanitate alienis, transfasse, etiam domi obidendo, & suorum famulorum servitio, alimentisque etiam

spiritualibus, ac libertate naturali privando; cumque in Monasterium Fratrum Sancti Francisci praedictae Civitatis ad evitandas tot persecutiones per fenestram elapsus se recepisset, ausos, etiam fuisse eundem Collectorem, Nuncium, & Episcopum, non sine maximo sacrilegio, etiam satellitibus, & militibus armatis associatos a praedicto Monasterio, & loco ecclesiastico violenter extrahere, in eumque tamquam inimicum, & criminofum favere, & extra ipsa Regna ducere, censuras, & poenas a Sacris Canonibus, Sacrorumque Conciliorum Universalium decretis, & Constitutionibus Apostolicis etiam in die Cene Domini legi solitis inflictas contemnendo, interdictioneque ecclesiastica ab eo posita in aliquibus Parochialibus Ecclesiis ejusdem Civitatis Ulixbonen. non timendo, ab illicita ejus ejectione non abstinuerunt in maximam suarum animarum damnationem, primariique Officiales, & Ministri Apostolici in illis Regnis oppressionem, jurisdictionisque, & immunitatis Ecclesiasticae gravamen, sessionem, ac Sedis Apostolicae, Sanctaeque Matris Ecclesiae gravissimum damnum, & inter Principes Catholicos pessimum exemplum, ac in eadem Civitate, Ulixbonen., ad quam ratione commercii ex aliis nationibus etiam infideles, & Haeretici confluerent solent, in maximum Christianorum scandalum, infideliumque, & haeticorum in non modicam derisionem. Quas innovationes praesertim hoc tempore nobilitatis tuae oriri parum decebat, cum aemulis gloriae tuae detrahendi ansam praesent, nec credendum videtur, te in illis partem habuisse, quia pie educatus fuisti, & te non nisi virum probum exhibuisse percepimus.

Monet, prout
in Rubric.

§.2. Cupientes igitur tot scelera, ut decet puniri, & interim scandala quantocius removeri, cum aliquando ex parva favilla magnum incendium sequi contingat, nisi celeri remedio obviam eatur, nobilitatem tuam hortamur, requirimus, & paterne in Domino monemus, ut gratia, & auctoritate, qua apud charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum, & Portugalliae, & Algarbiorum Regem Catholicum pollet praedicta omnia, & singula impedimenta ipsi Alexandro Collectori ejusque muneri quomodolibet praestita, tolli, & removeri studeat, ut quamprimum ipse Alexander Collector debita cum dignitate ejus officium, ut prius continuare, & exercere possit, & valeat; Quod si nobilitas tua, ut confidimus, egerit, Nobis rem apprimae gratiam praestabit, & afficiet, ut praedicti Officiales, & Ministri ac eorum complices, qui propter praemissa, quae perpetrarunt, seu perpetrantibus auxilium, consilium, vel favorem dederunt, in praedictas censuras, & poenas eo ipso inflictas inciderunt, suarum animarum saluti consulant, & alii imposterum illas evitent.

§.4. Ceterum Ven. Frater Caesar Archiepiscopus Damiaten. Nuncius noster tecum

1639.

Dat. die 31.
Octobr. 1639.
An.XVII.

eum de his plenius differet, & iterum benedictionem apostolicam nobilitati tuae paterne elargimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 31. Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno XVII.

DCXXXV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Facultas Nuncio Hispaniarum, & Collectori Portugalliae absolvendi eos, qui Collectorem Spoliatorum, ac ejus familiam, res, & bona, necnon ipsius officium verbo, aut factis offenderunt, eorumque complices, & fautores.

Ven. Fratri Casari Archiepiscopo Damiaten. nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater, salutem, & apostolicam benedictionem.

Cum nonnulli Regii Ministri Portugalliae, & Algarbiorum Regnis in censuras incurrisent ob offensam personam Alex. Episcopi Neocastren.

UM, sicut accepimus, nonnulli etiam Officiales, & Ministri Regii in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis propriae salutis obliti, ac Dei timore postposito, personam Ven. Fratris Alexandri Episcopi Neocastren. jurium, & spoliatorum Camerae Apostolicae in dictis Regnis Collectorem generalem, & ejus familiam, res, & bona, ac ipsius officium verbis, vel facto male tractaverint, & offenderint, aut male tractant, & offenden. opem, auxilium, consilium, vel favorem praestiterint, censuras, & poenas in Sacris Canonibus, Universalibusque Conciliis, ac Constitutionibus Apostolicis etiam in die Cene Domini legi solitis contentas, & inflictas propterea incurrendo, fieri vero possit, ut illi, seu aliqui ex eis ad cor reversi a censuris, & poenis hujusmodi per eos incurris absolvi desiderent;

Earum abolitionis facultatem Hispaniarum Nuncio Pont. concedit.

§.2. Nos cum illis, qui poenitent. veniam petierint clementer agere volentes, Fraternitati tuae, Officiales, & Ministros Regios, & quoscumque alios, qui praedicta commiserunt, aut committent. opem, auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet praestiterunt, si, & postquam omnia in pristinum, & eum, in quo, antequam praemissa committerentur, erant statum, restituta, reposita, & plenarie reintegrata, vel ad nostrum, & Sanctae Sedis Apostolicae iudicium remissa fuerint, aut alias desuper pro interim ad effectum recurrerent. ad Nos, & eandem Sedem pro terminando bonorum Ecclesiasticorum. Cappellae inibi nuncupatorum negotio, concordatum fuerit, ipsique id a te humiliter petierint, imposita illis arbitrio tuo aliqua poenitentia salutaris, aliisque injunctis, a quibusvis censuris, & poenis ecclesiasticis, & in Constitutione in die Cene Domini legi solita contenta, quas praemissorum ratione quomodolibet incur-

rerunt in forma Ecclesiae consueta, auctoritate nostra absolvendi facultatem eadem auctoritate, tenore praesentium concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die ultima Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

Ven. Fratri Alexandrino Episc. Neocastren. Jurium, & Spoliatorum Camerae Apost. debitorum in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis debitorum Collectori Generali,

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater, salutem, & apostolicam benedictionem.

UM, sicut &c., postposito personam tuam, & familiam res, & bona tua, ac officium tuum &c. Reliqua ut in praecedenti.

Datum Romae &c. us supra &c.

In Idem Argumentum Philippo Regi.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, & Algarbiorum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Chariss. in Christo fili noster, salutem, & apostolicam benedictionem.

Pastoralis muneris nostri debitum, & honoris Domus Dei zelus, quibus pro tuendis Sanctae Ecclesiae juribus assidue praemur, Nos impellunt, ut in silentio non praeteramus, quae maxima cum Dei offensione in ipsius Ecclesiae, & Sedis Apostolicae detrimentum per Officiales, ac Ministros Majestatis tuae in Regnis Portugalliae, & Algarbiorum nedum contra Sacrorum Canonum dispositionem, sed etiam contra jus naturale, & gentium nuper commissa fuerunt, & forsitan ipsi committere non desinunt.

§.1. Cum itaque non sine gravi animi nostri molestia accepimus Ven. fratrem Alexandrum Episcopum Neocastren. Jurium, & Spoliatorum Camerae Apostolicae debitorem in dictis Regnis Collectorem generalem cum facultate Nuncii Apostolici existens ad consulendum saluti animarum, & ad evitandam usurpationem legatorum piorum, & bonorum a Christianis pro suarum animarum suffragio diversis Ecclesiis, ac Monasteriis, etiam sanctimonialium, & locis piis relictorum, ab eis per plures annos pacifice possessorum, quae inibi Cappella

Contrariis
derogat.

Dat. die 31.
Octobr. 1639.
An.XVII.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Exordium.

Nonnullas
vicias in
pocsonam
Episc.
Neocast.
commissas
revert.

pellæ nuncupantur a Majestatis Tuæ ministris tunc comminatam, & fortasse inceptam fecisset generalem monitionem contra spoliantes, spoliareque volentes ipsas Ecclesias, Monasteria, & loca pia, monendo illos de incurfu censurarum, & penarum ecclesiasticarum ex ipsis occupationibus resultantibus, ipsi Officiales, & Ministri, ut quosdam laicos potentiores ditarent, Dei timore postposito, nedum eandem Ecclesias, Monasteria, & loca pia suis bonis etiam ad victum, & sustentationem respective necessariis spoliarent, sed etiam in prædictum Alexandrum eorum Superiorem Ecclesiasticum, ac Beati Petri, nostrumque, & Sedis Apostolicæ Officialem præcipuum, & Episcopum inhumaniter servare ausi fuerant, nulliter enim, ac de facto contra ipsum, nulli, nisi Nobis, & Sanctæ Sedi subditum processerunt, & sua pertinacia in deterius utendo, ipsum propria libertate etiam naturali, ac cibariis, commoditateque Missam audiendi, & confessorium sibi necessarium habendi privarunt, famulosque ab ejus servitiis violenter amoverunt, ac etiam per milites, & satellites in ejus propria domo obfederunt, ac etiam eidem ad se deliciendum e fenestra cum vite periculo, ne talia pateretur, causam dederunt, & interdictum Ecclesiasticum ab eo positum, Dei iracundiam provocando parvi fecerunt, ac deinde a Monasterio Fratrum Ordinis Sancti Francisci Civitatis Ulixbonen., ad quam ex exteris nationibus etiam infideles, & hæretici causa commercii confluent, non sine catholicorum scandalo, ac orthodoxæ fidei inimicorum derisione sacrilege extraxerunt, illumque invitum extra prædicta Regna ad instar facinorosi, & hostis duxerunt in ipsius vilipendium, & Sedis Apostolicæ contemptum, sententias, censuras, & penas ab iisdem Sacris Canonibus, & Conciliorum Universalium Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, etiam in Bulla in die Cœnæ Domini legi solita, ipso jure infestas damnabiliter una cum complicibus suis incurrendo.

§.2. Nos autem, ut Deus ab Ecclesia sua hujusmodi gravem afflictionem avertat, ad eum levabimus oculos nostros, & Religiosi cœtus orationes fundere non intermittent, donec in Domino faciamus virtutem. Interim vero cum non videatur credendum a Rege Catholico scienter talia emanasse; Idcirco sperantes Majestatem Tuam omnia esse in integrum restitutam, & contra delinquentes animadvertituram, quantumque adverso animo illa acceperit patefacturam, eandem Majestatem Tuam paterne in Domino hortamur, & enixe rogamus, ut avite virtutis, ac pietatis æmulatrix, Regumque Portugalliae, & Algarbiorum, qui in similibus negociis pro opportuno remedio ad Sedem Apostolicam recursum habuerunt, vestigiis inhærens, prædicta omnia, & singula impedimenta, & oppressiones removeat, ac removeri faciat, ut idem Alexander

Alloquutio Regi Catholico ut impedimenta, & servitias eidem Episcopo facias removeat

xander Collector debita cum dignitate ad eadem Regna quamprimum reverti, & in exercitio sui muneris continuare, & proficui, ut prius possit, & valeat: Nos enim prædictorum innovatorum remotionem a Majestate Tua sedulo postulamus; Sedes enim Apostolica, sicuti semper facere consuevit, ab æquitate non recedet, Nobis etiam persuadentes, illam gloriam, quam Tua Majestas pietate in Deum, et propensa voluntate in Sedem Apostolicam, aliisque magnis meritis hucusque assequuta est, inde non parvum augmentum esse recepturum; Et quicquid in favorem prædicti Collectoris a Tua Majestate gestum fuerit Nobis tam gratum erit, quam quæ gratissima accidere possunt. Et super hoc gravissimo negotio cum Majestate Tua fuisset differet Ven. Frater Cæsar Archiepiscopus Damiaten. Nuncius noster, ac dum nostram apostolicam benedictionem Majestati Tuæ iterum impertimur, fuis ad Deum precibus petimus, ut celestium, gratiarum dona eidem jugiter elargiatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die ultima Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

Dat. die 31. Octobr. 1639. An. XVII.

In Idem Argumentum Margaritæ a Sabaudia Pro-Reginæ.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Dilecta in Christo filia Nobili Mulieri Margaritæ a Sabaudia Regnorum Portugalliae, & Algarbiorum Pro-Reginæ.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecta in Christo filia Nobilis Mulier, salutem, & apostolicam benedictionem.

Super militantis Ecclesiæ specula Dei benignitate constituti, ex nostro pastoralis debito non potuimus, nec possumus non improbare, vehementerque damnare tot oppressiones, & gravamina in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Nobilitatis Tuæ gubernio commissis per Officiales, & Ministros Regios, contra Venerabilem Fratrem Alexandrum Episcopum Neocaesaren. in eisdem Regnis Jurium, & Spoliorum Camerae nostræ Apostolicæ debitorum Collectorem Generalem cum facultate Nuncii Apostolici eorum Superiorem Ecclesiasticum, & spiritualem, & nulli nisi Nobis, & Sanctæ Sedi subditum, ausu temerario, de facto etiam cum insolita violentia temere, & sacrilege gesta, quæ non recensemus, tum quia ob eorum inhumanitatem animus abhorret, tum etiam quia Nos non latet, illa Nobilitati Tuæ fuisse, & esse nimis nota, quæ quanto cum scandalo etiam publico, & Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ detrimento, & Christianissimum eorumdem Regnorum afflictione, ac hostium catholici nominis gaudio facta fuerint nemo non vidit, sed præceteris Nobilitatem Tuam, de quo valde

Exordium ab ipsa materia sumptum.

de dolemus, fertur nedum scivisse, sed etiam ad illa indebite faciendâ auctoritatem Tuam interposuisse; ex illis autem processisse nedum maximam, & notoriam transgressionem sacrorum Canonum, Conciliorum Universalium, & Constitutionum Apostolicarum etiam in die Cœnæ Domini legi solitarum, inauditamque violationem juris spiritualis, & ecclesiastici, ac naturalis, & gentium, sed etiam incursum censurarum, & penarum ab illis ipso jure infligarum, a quibus ipsi transgredien., & complices non nisi a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, non autem a quocumque alio, etiam in vim sanctæ cruciatæ præterquam in mortis articulo absolvi posse, omnibus notum esse volumus, ut quisque suæ animæ salutem consulere possit.

§.1. Interim vero ne tot scandala confoveantur, & in deterius augeantur, Nobilitatem Tuam hortamur, requirimus, & paterne in Domino monemus, ut eos, qui prædicta scelera commiserunt, Tuæque Jurisdictioni subsunt, puniri facias, omniaque impedimenta ipsi Alexandro Collectori præstita, removeas, ut ipse ad prædicta Regna quamprimum cum dignitate reverti, & suum officium ut prius exercere possit. Quod si feceris, obligationi Tuæ satisfacies, & Nobis rem gratam, & rationi congruam præstabis, & iterum Nobilitati Tuæ apostolicam benedictionem impertimur;

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 31. Octobr. 1739. Pontificatus Nostri Anno XVII.

Dat. die 31. Octobr. 1639. An. XVII.

Confirmatio Decreti S.P. Q. R. quo statuitur, Notarios Capitem Regionum Urbis ex Collegio Notariorum Capitolinorum esse eligendos.

Ex Regest. in Secret. Breu.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Collegii Notariorum Curie Capitoline Nobis expositum fuit, quod alias usque de anno 1622. per decretum, & publicum Populi Romani Consilium, decretum fuit, quod Notarii Collegii Capitolini hujusmodi de cætero forent, esseque deberent Notarii Capitem Regionum Urbis nostræ; quodque Capita Regionum hujusmodi pro tempore existentia nullatenus possent eligere, nec deputare in eorum Regionum Notarios alios, quam ex dicto Collegio pro tempore Notarios, & in eventum, in quem aliquis ex dictis Capitibus Regionum alium, quam ex dicto Collegio deputaret, deputatio præfata nulla, & invalida esset, & dilecti filii ejusdem Urbis Camerae Conservatores pro tempore existentes aliquem ex dicto Collegio

Refer. Decret. S.P. Q. R.

Bull. Rom. Tom. VI, pag. 116

legio in Notarium Capitem Regionum hujusmodi, ex officio deputare deberent, & alias prout in dicto Decreto plenius dicitur contineri.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi pro illius firmiori subsistentia apostolica auctoritate nostra roborari summopere desiderent; Nos eisdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quis quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præfatum, cum omnibus, & singulis in eo contentis per secretum, & publicum Populi Romani Consilium, ut præfertur, factum, apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes illud, necnon præfatas literas, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ipsisque exponentibus in omnibus, & per omnia suffragari; Sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Camerae, & Urbis præfatarum, etiam, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Novembris 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

Quod apostolica confirmatione roboratur.

Clausulas ad dir.

Dat. die 29. Novem. 1639. An. XVII.

Ereccio Provinciae S. Antonii Regni Portugalliae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum ad instar Provinciae Sancti Joannis Baptistae Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio.

Um, sicut dilecti filii Franciscus Ulifbonensis Minister Provincialis, & Definitor Provinciae S. Antonii Regni Portugalliae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, & illorum nomine Bernardus a Martyribus Commissarius Provincialis, & Guardianus Collegii S. Antonii Colimbriensis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi negotium Reformationis dictae Provinciae iisdem fere modis, & modis, quibus Provincia S. Joannis Baptistae Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupatorum Regularis Observantiae ejusdem S. Francisci in Hispania reformata existit, promovere summo per se desiderant;

Quod possit recipere nova loca.

§.2. Nos, qui personarum quarumlibet praesertim sub suavi Religionis jugo altissimo famulantium quieti, & statui, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus, super praemissis opportune providere, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, & eorum singulares suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, modernis eidem Francisco, & pro tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi, Definitoribus, Guardianis, & Fratribus dictae Provinciae Sancti Antonii, ut quascumque Domo, sive heremitoria, seu loca, si qua sibi a piis Christianis in Portugalliae partibus concedantur, recipere, & in illis Conventus sui Ordinis erigere, & fundare, servata tamen aliis Sacrorum Canonum, & Decretorum Sac. Concil. Trident. forma, de sola Ordinarii loci licentia, ac nullo quarumvis aliarum personarum cujusvis Ordinis, Congregationis, aut instituti regularium desuper requisiti consensu, ac Domo sui Ordinis, & Provinciae Sancti Antonii praedictae cum Ecclesia, Sacratio, campana, seu campanis humilibus, coemeteriis, claustris, refectorio, cellis, hortis, aliisque officinis, & adificiis necessariis erigere, & fabricari facere, ac in illis Fratres sui Ordinis Discalceatorum introducere, atque in

ipsum domorum Ecclesiis, postquam erecta, & fabricata fuerint, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro infirmis aservare, ac divina officia celebrare, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ut in ceteris Fratrum Discalceat. eorumdem domibus fieri solet ejusdem S. Antonii Provinciae nunc, & pro tempore existentibus ministris Provincialibus, seu Guardianis, sive alio quovis nomine nuncupatis Praelatis, ad quos de jure, & juxta regularia ejusdem Ordinis statuta apostolica auctoritate confirmata spectat, & pertinet, ut quoscumque praedictum Discalceatorum Ordinem ingredi, & profiteri volentes, dummodo in qualibet dictarum domorum erigendarum tam Fratres professi, quam Novitii numerum triginta non excedant, juxta Regularia ejusdem Ordinis instituta, ad habitum, & professionem recipere, & admittere, ac cum aliis Religiosis professis incorporare libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem perpetuo concedimus.

Quod utatur solis status municipalibus

§.3. Praeterea quod Provincia S. Antonii praedicta, illiusque Praefatus, & Conventus suis auctoribus constitutionibus, & statutis, quae in pleno Capitulo provinciali a majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gubernentur, nec ad observanda statuta generalia a Capitulis, vel Congregationibus generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, jam facta, vel pro tempore facienda, nec ad specialia ejusdem Ordinis Superiorum mandata, quae Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provinciae judicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum reformationi, aut commodo dissentanea, teneantur.

Quod possint celebrare Congreg. juxta morem Religionis.

§.4. Quod Ministri, seu Praelati Provinciales Congregationes Particulares, quas Definitoriales vocant, quando, & ubi commodis sibi visum fuerit, libere, & licite convocare, & celebrare, ac in eis quilibet electiones Guardianorum, & aliorum Officiorum facere, & quascumque causas, sive civiles, sive criminales, & negotia ad eandem Provinciam spectantia, juxta formam Sacrorum Canonum, & regularium statutorum, & suarum Constitutionum Provincialium tractare, definire, & sententiae possint. Quodque Praelati Generales ejusdem Ordinis hujusmodi Congregationes particulares Definitoriales, aut earum electiones seu definitiones, vel decreta, & sententias nequaquam impedire, immutare, nec dilatare valeant.

Quod Visitator sit ex Discalceatis.

§.5. Quod dicta Provincia Sancti Antonii, ejusque nunc, & pro tempore existentes Conventus, & fratres, nisi per Fratres Visitatores Provinciae Discalceatorum hujusmodi, a Praelatis tam generalibus deputandos nullatenus visitari, aut sindicari possint, quodque hujusmodi Visitatores Discalceati in dictam Provinciam ingredi, aut in ea aliquam Jurisdictionem exercere non valeant, nisi tempore statuto circa finem

trien-

triennii Ministri Provincialis, nempe post duos annos, & septem menses Provincialatus cujuslibet Ministri Provincialis ejusdem Provinciae transactos, & non antea; tales autem Visitatores omnia statuta Provincialia ejusdem Provinciae observare, & juxta illorum tenorem, & praescriptum Provinciam visitare, & gubernare debeant, & teneantur, nec in eisdem statutis, nisi de consensu majoris partis Definitorii plene dispensare valeant, quamvis hoc idem in literis patentibus, & authenticis a Praelatis generalibus, aliisque Superioribus specialiter iisdem indultum, & concessum fuerit.

Vocales ante Cap-non possint privari voce activa.

§.6. Ut autem omnes ambitionis, & injustitiae occasiones, quae sub simulato, ac apparenti correctionis, & reformationis zelo obrepere solent, e medio penitus evellantur, postquam praedicti Visitatores, & Commissarii suam jurisdictionem, & visitationem in Provincia hujusmodi ceperint exercere, nulli Guardiani, nullique Vocales, quibus concursus ad Capitulum proxime futurum de jure competit, possint ante ipsum celebratum Capitulum ob aliquam, seu aliquas causas ab officio removeri, nec voce activa, aut passiva privari. Si autem in ipsa visitatione aliquibus delictis, & culpis quidam praedictorum reperiuntur obnoxii, vel eorum punitio, & correctio post omnes electiones Capituli factas differatur, vel aliis canonicis, & regularibus poenis, praeter privationem officii, ac vocis activae, & passivae, arbitrio Superiorum puniri debeant.

Quod Fratres non transferantur ad alias Provincias.

§.7. Insuper, quod Fratres ejusdem Provinciae S. Antonii ab ipsa sua Provincia per quoscumque Superiores abstrahi nequeant, ut ad Indos, vel alias partes, & Provincias remittantur, nisi de consensu Capituli Provincialis, vel Definitorii pleni ejusdem Provinciae, & quod hujusmodi Superiores, quicumque illi sint, non possint Fratres praedictos licentiarum, ut in domibus secularium, seu extra claustra habitent, nisi servata ad unguem forma a Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro praescripta in Bulla, seu literis de Reformatione Regularium, incipientibus: *Nullas omnino prae-textu cujuscumque privilegii*, sub anno 1599. nempe, quod tales licentiae nisi ex gravissima causa a Sede Apostolica approbata nullatenus concedantur, quae vero aliter concessae sint, ipso facto irritae, & nullae censeantur, & Religiosi talibus licentiis utentes statim ad claustra revocentur.

Possint uti libris Bibliothecae.

§.8. Quodque possint iidem Fratres Discalceati intra septa domus Regularis suae libros a Bibliothecis de licentia Praelati abstrahere habere, & illis uti, dummodo postquam illis usi fuerint, iisdem Bibliothecis illos restituere procurent.

Communicat eis privilegia aliarum Provinciarum.

§.9. Ac demum Ministro Provinciali, Custodi, necnon Guardianis, Conventibus, & Fratribus universis dictae Provinciae, nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis gratis, indultis, & privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, indulgentiis, & Literis Apostolicis, tam S. Josephi, & S. Pauli, quam quibusvis aliis ejusdem Ordinis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum Provinciis per quoscumque Rom. Pont. Praedecessores nostros, ac per Nos, & Sedem Apostolicam praedictam haecenus concessis, & imposterum concedendis, aequae ac si ipsimet Provinciae Sancti Antonii nominatim concessa fuissent, frui, potiri, & gaudere perpetuo possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis pariter perpetuo concedimus, & indulgemus. Volumusque, statuimus, & ordinamus respective, & insuper praecipimus Ministro, & Commissario Generalibus Ordinis Minorum Regularis Observantiae, & quibusvis Commissariis, & Visitatoribus ad dictam Provinciam S. Antonii destinatis, ceterisque tam Praelatis, quam Subditis, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis quoruncumque officiorum, & dignitatum eo ipso absque alia declaratione incurrenda poena, ne in praemissis Fratres praedictos Discalceatos Provinciae Sancti Antonii hujusmodi libris gravari, aut quovis modo molestari permittant, quin immo praedicta omnia privilegia, & indulta illis inviolabiliter observent, & observari faciant, ac per suas proprias literas, quoties pro parte praedictorum Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, favent, & assistant.

Exequutores deputati.

§.10. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Ulisbonensi, Bracharensi, & Elborensi Archiepiscopis, & Conimbriensi Episcopo, eorumque Officialibus, ac dilecto filio Causaram Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicent, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistant, faciantque auctoritate nostra eos praemissis omnibus Regularibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per Praelatos generales, & Visitatores praedictos quomodolibet molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles, & praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostrae defectu, etiam ex eo quod in praemissis interesse habentes, vel Fratres de Observantia, aut quicumque alii vocati non fuerint, notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodolibet in jus, vel

Clause.